THEORICO-PRACTICÆ OBSERVATIONES

Ad Rotæ Prouinciæ Marchiæ Deciſiones

STEPHANI GRATIANI

EIVSDEM ROTÆ IVDICIS, ET AVDITORIS;

AVCTORE

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA

I. C. NEAPOLITANO.

IN QVIBVS

PRÆTER ERVDITIONEM, AC RERVM NOTABILIVM copioſam ſupellectilem, methodica ſectandi ratione Commune Ius per noſtrum Municipale confirmatum, limitatum, locupletatum, caſtigatum, aùt quoquomodo innouatum concinnè declaratur, & concordes, diſcordeſq; aliorum opiniones, pluresq; addubitationes congeruntur, & examinatæ facilibus rationibus reſoluuntur, ac quid in vſu obtineant, monetur.

VARIÆQVE PRÆTEREA SVPREMORVM SENATVVM, Præcipuè S. R. Romanæ, & S. R. Conſilij Neapolitani, etiam adhùc non impreſſæ deciſiones, reconditis Priſcorum, Recentiorumque Patrum doctrinis munitæ, vtilitèr, & quamlepidè ſubnectuntur.

OPVS TVM PATROCINANTIBVS, TVM IVDICANTIBVS

Quocumque in foro ſummoperè commodum, Iuris ſtudioſis, atque eruditis periucundum, & maximè vtiliſſimum.

Duplici adiecto Indice, Argumentorum ſcilicèt, & Rerum, ac Verborum memorabilium; Opera, & Studio

PETRI PAVLI SCOPPA

Auctoris germani Fratris.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

NEAPOLI Typis Caroli Porſili. M.DC.LXXVI.

CVM PRIVILEGIO, AC SVPERIORVM PERMISSV.

DEIPARÆ VIRGINI

Semper maximæ
Sub Sanctiſſimi ROSARII titulo
Veneratæ.
Librum ſuum Obſeruationum in GRATIANVM
V. I. D. NICOLAVS VINCENTIVS SCOPPA
Humilitèr
Sequenti Elogio
D. D. D.

Tanto ſub Patrocinio
Qualis qualis ſis ingenioli mei ſoboles
In lucem edi nè timeas.
Mulier amicta Sole te protegit;
Nuditatem ſtyli tui
Amictus eius teget, ornabit:
Patris tui obſcuritatem
Solis Filij eius claritas illuſtrabit.
Agè ergò
Egredere, egredere Liber mi:
Eam tibi Patronam ſtatuo,
Cuius ſeruitus (ſicùt in Filio regnare) libertas eſt.
Vtique
Librum legalem totum ſub Legibus genui te:
Verumtamèn
Liberè quidem exi
Non ſicùt ſeruus ſub Lege,
Sed ſicùt Liber ſub Gratia conſtitutus.
Liber in GRATIANVM
Domina Gratiarum expoſcit.

Sanè

THEORICO-PRACTICÆ OBSERVATIONES

Ad Rotæ Prouinciæ Marchiæ Deciſiones STEPHANI GRATIANI

Eiuſdem Rotæ Auditoris.

AVCTORE

NICOLAO VINCENTIO SCOPPA

I. C. NEAPOLITANO.

PROLOGOMEN.

Ex laudabili Notariorum obſeruantia præponendi in inſtrumentis diuinum DEI nomen traditur, inductam eſſe inter eos illud ſemper præponendi conſuetudinem; vndè firmatur, eius omiſſionem reddere inſtrumentum nullum,& illiquidum:quæ concluſio ad nomen paritèr Regis, aùt Principis regnantis in loco, in quo inſtrumentum conficitur,extenditur,conſuetudine etiam ſecluſa, & aſſignatur ratio.

RERVM SVMMA.

1 *Diuini nominis inuocationem, ad rei cuiſpiam honeſtænegotium inchoandum,præmittendam eſſe, ſuadetur.*

2 *Diuini nominis inuocatio num per Notarium in inſtrumentis ſit ſemper præponenda: & num ſi omittatur, inſtrumentum nullitatis vitio laborare dicatur,& num.4. & de praxi num. 8.*

3 *Legis mandatum honeſtatis cauſa inductum adeò ſtrictè non obligat, vt actus in contrarium factus ſit nullitatis vitio obnoxius.*

5 *Solemnitas ex conſuetudine introducta eſt de actus ſubſtantia, & num. 7.*

6 *Loci conſuetudo quibuslibet in contractibus conficiendis attendenda eſt.*

9 *Nomen Regis, aut Principis regnantis in loco, vbi inſtrumentum conficitur, eſt de illius ſubſtantia, etiam conſuetudine ſecluſa; aſſignatur ratio num. 12.*

10 *Ità etiam coronationis dies, ſeù Imperij annum.*

11 *Pontificis nomen præponendum eſt in inſtrumentis in Eccleſiæ terris confectis.*

13 *Vnius loci Notarius alio in loco, contrahere non poteſt.*

14 *Notarius Apoſtolicus inſtrumenta circà temporalia in Regno conficere non poteſt.*

15 *Amen poſitum poſt Diuini Nominis inuocationem haud eſt de inſtrumenti ſubſtantia.*